



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XXIV. In A. Gellio pauca animaduersa: & correcti versus Cæcilij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Turpil. Pedio. Ego praestolabo illi, eo citante opicari  
Corrige, illico hic ante hospitium. In Condemnare.

Turpilus Leucati. Et amplius illam apparere conatur  
quandoquidem voti condemnata est.

Tentabam legere, Etiam thus illam apparare. Loquitur  
enim de apparatu rei diuinæ.

Accusat. pro Ablatio.

Turpil. Epiclero. Sed vola, vt familia nostra officium  
gatur sca.

Rectius existimo esse, Sedulo vt. Ibidem:

Turpil. Vis me potiri? fac ergo potiar quod volo.

Puit cum mutarem, Vis me largiri: sed destitit. Venit  
meretriciæ sunt ad amatorem inanem, qui verbi  
postularet satis facere. Vis me, inquit, ductare  
argentum cedo. Adiciam capitis supplendi  
duos ex eiusdem Turpilij Pedio, quos a Nonio in  
niuit & Intui adductos rectè, ni fallor, compulsi.

Quando quidem amorem inter capedine ipse leniuit.

Tamen oculi longa inter capedine appetunt cupiditate  
Tamen, inquit, amorem tempus & interuallam  
ci exstinxerit: tamen videre multo postquam  
ueris, volupe est. Lepida mehercule sententia, & quæ  
homines belli & egrotantem veram esse non negabunt.

#### CAPVT XXIV.

In A. Gellio pauca animaduersa: & corre-  
cti versus Cæcilij.

PRÆLUCEAT nobis tamquã facem exemplo  
in hoc miscellaneo scribendi generis scriptor Ar-  
rum Noctium: solus ille quidem ex tanta copia  
ticorum veterum reliquus, neq. tamen melius quam  
ceteri boni auctores ab imperitis librariis acceptum.

Eius vulneribus paucula perfanavi, libro II. capi-

XXIII.

Nihil dicam ego quantoperè differat versus vtriusque exi-  
mii: sit satis aliis ad iudicium faciendum exponi.

Vtrum & in verbis est & in interpunctione. Lego,

S. d. q. differant: versus vtriusque eximios sit satis &c. Ibi-  
dem paulò infrá:

Quòdque Menander præclarè & appositè & facete scri-  
psit, ea Cæcilius nequaquam potuit & quidem conatus  
enarrare: sed quasi minimè probanda prætermisit, &  
nescio quasi mimica inculcauit.

In editiones veteres; recentiores emendaunt, nescio

qua mimica: ego, nescio quæ à se mimica: haud dubiò

erit. Cùm, inquit, Cæcilius leporem Menandri non

aliquæretur, sua nescio quæ leuia & histrionica eo-

rum vicem supposuit. Mox Cæcilij versus ita vulgât:

Sed tua morosa ne vxor quæso est? quam rogas?

Qui tandem? tædet mentionis, quæ mihi vbi domum

adueni, ac sodi, extemplo suauium datat ieiuna anima.

Nihil peccat de suauio ~~vt~~ aduomas vult quod foris po-  
taueris.

Etendo & repono in numeros ita:

Sed tua morosa ne vxor est quæso? an rogas?

Qui tandem? tædet mentionis, quæ mihi

Vbi domum adueni, affedi, extemplo suauium

Datat ieiuna anima. Nil peccat suauio

Vt euomas volt, quod foris potaueris.

CAPVT XXV.

Ænt. Afferere. Rudente Plauti duum locorum correctio.

RVDENTE Plautina, principio prologi, his ver-

bus:

E 3

Qui